ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 69r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nisi ergo cottidie uenias ad puteos. nisi cottidie
haurias aquas. non solum alios potare non po
teris. sed ipse quoque sitim uerbi dei patieris; Au
di et dnm dicentem in euangeliis; qui sitit. ueniat
et bibat; sed tu ut uideo. non esuris nec sitis iustitiam;
Et quomodo poteris dicere. sicut ceruus desideret
ad fontes aquarum. ita desideret anima mea
ad te ds. sitiuit anima mea ad dm uiuum.
quando ueniam. et parebo ante conspectum eius.
Obsecro uos qui auditorio uerbi semp adsistitis.
patienter accipite. donec paululum. neglegentes
et desides commoneamus; habete patientiam.
quia de rebecca nob idest de patientia sermo est.
et necesse est. nos eos qui collectam neglegunt.
et audire declinant uerbum dei. paululum ppa
tientiam castigare. qui non desiderent panem
uitae. nec aquam uiuam. qui non exeunt de cas
tris. nec procedunt de domib; luteis. ut colli
gant sibi mannam. qui non ueniunt ad petram ut bibant
de spirituali petra. petra enim xps. est. ut aplus
ait; habete in quam uos paululum patientiam;
Sermo enim nob ad neglegentes est. et eos qui
male habent. Sani enim non indigent me
dicos. sed male habentes; Dicite mihi uos